

mis si contra ipsum non sunt legitima indicia ad torturam. Julius Clarus *l. 5. Sentent. quest. 63. num. 4 fol. 742.* quia Innocentia consistit in animo; Ea autem, quæ in animo consistunt, juramentò probari poterunt. Gail. *l. 2. Observ. 48. num. 30 31. pag. 378.* Fulv. Pacian. *l. 1. c. 39. num. 14. f. 199. & c. 71. n. 2. f. 421. de Probat.* Zanger. *de Quest. on. c. 3. num. 46. pag. 849.* Concludo hoc argumentum dicto Simonis de Prætis *Cent. 2. Conf. 189. num. 8. fol. 845.* In probanda defensione non attenduntur apices juris, quæ subtilitatem quandam magis, quàm facti veritatem respiciunt. Sed admittuntur primò probationes dubiæ etiam à personis suspectis, & testes de credulitate deponentes admittuntur, etiamsi sunt domestici, & multa alia favore defensionis conceduntur, quæ aliàs non admitterentur. Plura vide apud Hippol. de Marsil. *in §. Opportunè fol. 433. & seqq.* Crotum *part. 4. de Testib. pag. 482. & seqq.* Farinac. *l. 2. Oper. Crimin. Quomodo verò sit procedendum in deducenda innocentia optimè exponit Carpzov. part. 3. Quest. 115. n. 79. & seqq. fol. 141.*

ARTIC. LXVII.

Idoneum testimonium, quod sit.

Von gmugsam Bezeugniß.

Sein Mißethat zum wenigsten mit zweyen / oder dreyen glaubhafftigen Zeugen / die von einem wahren Wissen sagen / bewiesen wird / darauff soll nach Gestalt der Verhandlung / mit peinlichem Rechte vollfahren und geurtheilet werden.

AD ARTICULUM LXVII.

ARGUMENTUM.

Sufficiens est testimonium, quando delictum duobus vel tribus omni exceptione majoribus testibus est probatum, adeò, ut exinde sententia ferri, eaque executioni mandari possit.